



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

10. Rapta Iovi Latio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

nostra & civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectavere : ac rursus pulsus inde, proximis temporibus triumphati magis quam victi sunt.

10. RAPTÀ IOVI LATIO. Inscriptio monumenti Capitolini apud Lazium. lib. comment. Reip. Rom. c. 4. Vellejus. lib. 2. c. 91. Sueton. in Aug. c. 21. Florus. lib. 4. c. 12. Eutropius. lib. 7. in Aug. Ovidius. lib. 5. & 6. Fast. & lib. 2. Trist. Horatius. lib. 4. od. 15.

*Et signa nostro restituit Iovi,
Direpta Parthorum superbis
Postibus, &c.*

Quantopere signis, sive *ultra*, ut Florus, sive, ut Suetonius ait, *repositis* redditis gavissus sit Augustus, indicant tot & tam varij hac de re signati nummi veteres cum inscriptione *signis receptis*: quorum icones apud Lazium. l. c. expressæ.

11. HIC AQVILAS OBTINET VSQVE SVAS. Arminius apud Tacit. lib. 1. *Cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quæ dijs patrijs suspenderit.* Nondum ergò tunc, nec unquam Augusto remissa fuerant, an postea ductu Germanici, & auspicijs Tiberij recepta, auctores inter se dissentiant. affirmat Tacit. lib. 1. An. *Bructeros sua urentes, expedita cum manu L. Stertinius, missis Germanici fudit; interque cadem & prædam reperit unde vicesima legionis aquilam cum Varo amissam.* lib. 2. *Ipse majoribus copijs Marsos irrumpit: quorum dux Malo vendus, nuper in deditionem acceptus, propinquo luco defossam Variæ legionis aquilam modico presidio servari indicat.* Ad quem locum Lipsius. not. 62. *Hic autem inventa aquilarum una, & supra lib. 1. altera; ergò recepta nunc omnes.* Quâ de causâ arcus erectus dicaturque : Tac. l. 2. *Fine anni arcus propter eadem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, ductu*
Germa-